

peccatorum sit gratuitum Dei donum propter mediatorem Christum et non denegatur nobis propter [91:] nostram infirmitatem? Quare ut omnia sunt nobis in Christo firmissima, ita etiam remissionem peccatorum propter Christum nobis contingere firmissime et sine omni dubitatione credere nos oportet.⁶²

5

Ibid.: „vt haeredes sint Patris aeterni in coelis“⁶³ etc.

Quomodo haec cohaerent cum iis, quae dicit, quod homo fit haeres vitae aeternae propterea, quia charitatem habet? Quare ergo remittit homines ad proprias virtutes? Si adoptamur in filios Dei, ut simus haeredes Dei et cohaeredes Christi, quomodo per nostram charitatem et nostras virtutes filii Dei et haeredes efficiamur?

Ibid.: „et iam habeant ius adeundae haereditatis illius“⁶⁴

Si iustificati habent ius adeundae haereditatis, ergo non est opus iustitia humana vel ad iustificationem vel ad haereditatem salutis, cum haec gratis contingat nobis propter Christum.

15

Ibid.: „Etsi Deus non ex operibus iustitiae“⁶⁵ etc.

Vel sola haec sententia iugulat totam illam opinionem libri Interim de iustitia inhaerente, cum derogat operibus iustitiae nostrae meritisque nostris ac tribuat gratuita Dei misericordiae nostri iustificationem et salutem: Rom. III, Tit. III.⁶⁶

20

[92:] Ibid.: „cuius solius merito redimitur a crimine“⁶⁷

Hoc non est satis. Extenuatur enim gloria Christi, qui non solum a culpa redimit, sed etiam a poena. Autor libri suis sophisticis inuolucris sacram scripturam inuoluit, ut seruiat suae opinioni.

⁶² Da die Rechtfertigung nach altgläubigem Verständnis immer auch auf der Mitwirkung des Menschen in guten Werken beruht, ist das Heil nie gewiss, sondern stets eine Aufgabe. Nach reformatorischer Auffassung ist die Heilsgewissheit untrennbar verbunden mit dem Glauben als Vertrauen auf Gottes Verheißung. Weil Gottes Zusage nicht trügen kann, verbürgt sie das Heil des Menschen unmittelbar. Diese Heilsgewissheit ist aber nicht zu verwechseln mit einer falschen Sicherheit. Auch der Gerechtfertigte bleibt Sünder und ist mit Zweifeln konfrontiert. Aber das Wort Gottes als Heilsgrundlage bleibt demgegenüber unbeschadet und verbürgt das Heil. Vgl. Bengt Hägglund, Art. Heilsgewißheit 2., in: TRE 14 (1985), 760–762.

⁶³ Augsburgs Interim V, 49; Augsburgs Interim (Ulhart), B 4r.

⁶⁴ Augsburgs Interim V, 49; Augsburgs Interim (Ulhart), B 4r.

⁶⁵ Augsburgs Interim VI, 49; Augsburgs Interim (Ulhart), B 4r.

⁶⁶ Vgl. Röm 3,28; Tit 3,4–8.

⁶⁷ Augsburgs Interim VI, 49; Augsburgs Interim (Ulhart), B 4v.